C.1.1.3.

1ª
18618

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

CRIMINALIVM,

TOMVS PRIMVS.

Num. 47. cap. 2. num. 16.

BIBLIOTECA UNIVERSIDAD SALAMANCA

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

TRACTATVS PRIMVS

CRIMINALIVM.

AD TITVLOS

De Accuſationibus, De Simonia, Ne Prælati vices ſuas, &c.
De Calumniatoribus, Et de Magiſtris, libri V. Decretalium.

TOMVS PRIMVS.

Cum Indicibus Iurium, Quæſtionum, & Rerum Notabilium.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVGDVNI,
Sumpt. PETRI CHEVALIER, in viâ Mercatoriâ.

M. DC. LXX.
CVM PRIVILEGIO.

SANCTÆ MARIÆ
CÆLORVM REGINÆ,
Quam repræſentat perantiqua Imago illa vulgo nuncupata DOMINA LA BLANCA.

PATRONA ab quo Cathedralis Eccleſiæ non minus antiquæ ſiquidem fundatæ ab Apoſtolo Hiſpaniarum Protectore Diuo Iacobo, conſiſtentis in Ciuitate inter alias antiquiori illuſtriorique à tempore Romanorum in hiſce Regnis colonia ſine dubio dicta, vt indicant eius mænia, & fortalitia facientia noſtrum aduerſus Regna Galliciæ, Luſitaniæ, Legionis, & Caſtellæ, ſic vt hodie contra imminentes tempeſtates non adſit in integro Hiſpaniarum Regno alia circumvallatio eminentior, pulchrior, & fortior. Huic inquam Ciuitati Aſturicenſi Prouinciæ Diœceſi primus præfuit Epiſcopus ſanctus Ephræm electus nominatus, & aſſignatus ab eodemmet Apoſtolo ſancto Iacobo, ego etiam Præſul electus abhinc annis quinque licet indignus ſum adſcriptus. Cumque forte miſeratione diuina in hoc poſtremo hoſtilitatis aduentu ſors obtigiſſet, vtinam felix, in oppoſitionem conantium eius territorium, & authoritatem minuere, de quibus memor inquam legiſſe accepiſſeque ab inſtrumentis Archiuii, & ab aliis regiſtrationibus, indagationibus, & documentis in illo priſtino æuo, & ante Hiſpaniæ euerſionem à Mauris funditus deſtructæ, atque occupatæ fere per annos octingentos noſtræ Diœceſis limites intra relatum Portugalliæ Regnum Bergantiæ ciuitatem aliaque eius territorij loca comprehendiſſe, & intra noſtra Caſtellam Nobiliſſimam Zamorenſem ciuitatem, quæ ſub Archidiaconali dignitate in Cathedrali noſtra comprehendebatur, & poſt recuperationem maximis à noſtris

Ex Publio Dextro P. Franciſcus Viuar. anno Chriſti 37. *ſub comment. 3.*

D. D.
NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI, EPISCOPI ASTVRICENSIS
TRACTATVS I.
CRIMINALIVM.

Ad Titulum *de Accuſat. Inquiſition. & Denunciat. lib. V. Decretalium.*

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1. Liber V. Decretalium continet vniuerſa delicta, pœnas atque cenſuras.

1 POSTQVAM Compilator Decretalium *in quatuor primis libris* latè egerit de his caſibus, qui Iudicia ciuilia, Eccleſiaſtica, imò, & ſecularia informant, vltimo libro ex propoſito tractauit de compilando caſus, qui ad Iudicia Criminalia contra Eccleſiaſticos inſtituenda, imò & contra laicos ſpectant, illa, vel accuſatione, inquiſitione, aut denuntiatione proſequendo, de quorum formulario ſub hac Rubrica, & Titulo DD. antiqui, & Moderni latè loquuntur; & nos ne ab inſtituto deficiamus plures excitando quæſtiones, ſed laconice reſoluendo aſſignando huic Rubricæ quæ aptiora videantur: deinde ſub Rubro, iuxta cuiuſque Textus Materiam eodem metro repetitiones fugiendo, vt noſtri moris eſt, materiam huius Tituli imo, & totius huius libri, ſi faxit Deus, intendimus ad manus trahere; & quia librarij, imò & aliquorum in ſcholis profeſſores, & in Curijs practicis addicti anxiè cupiunt ſuper hunc librum integram lucubrationem inſpicere; vtinam feliciter incipiatur, & perficiatur.

QVÆSTIO I.

Accuſatio quid ſit, Inquiſitio quid, & Denunciatio, ad quos effectus vnaquæque & harum vnquam ſpecierum, quæ in praxi vſitatior: vbi nonnulla de formularijs, & inſcriptionibus antiquis, & per quæ inter ſe diferant.